

iude in diebus regis herodis: ecce magi ab oriente uenerunt iherosolimam dicentes: Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus stellam eius in oriente: et uenimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis iherosolima cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi rex naceretur. At illi dixerunt ei: in bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exierit dux: qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam uocatis magis: diligent didicit ab eis tempus stelle que

apparuit eis. Et mittens eos in bethleem dixit: Ite: et interrogate diligenter de puero. Et cum inuenitis renunciate mihi: ut et ego ueniens adore eum. Qui cum audissent regem: abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos: usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam: gaudio summo gaudio magno ualide. Et intrantes domum: inueniunt puerum cum maria matre eius. Et prostrantes: adorauerunt eum. Et aperis thesauris suis: obtulerunt ei myrram: aurum: thuris: et myrram. Et responso accepto in somno ut redirent ad herodem: per uiam quam uenerat

